

Pensa aestiva (post capitulum XXXV)

I testi che seguono sono tratti, semplificati, dal “De viris illustribus” dell’abate Lhomond .

Possono essere compresi e tradotti da chi ha ultimato lo studio di “Familia Romana” con l’aiuto (a volte) del dizionario.

Il decemviro Appio Claudio e il centurione Virginio

(pronomi personali, possessivi, riflessivi, dimostrativi, determinativi ; infinitive, finali, *cum* narrativo)

Nel 451a.C. Roma ebbe le prime leggi scritte, redatte da dieci magistrati patrizi, I decemviri, I quali si erano ispirati alle legislazioni delle città greche. Uno dei decemviri approfittò del suo potere per prendere per sè una fanciulla plebea, Virginia, il cui padre preferì ucciderla piuttosto che vederla disonorata. Il suo gesto suscitò la ribellione del popolo: il decemvirato fu abolito e vennero ripristinate le magistrature ordinarie.

Anno trecentesimo ab Urbe condita, pro duobus consulibus decemviri creati sunt, qui **allatas** e Graecia leges populo proponerent. Unus ex iis Appius Claudius virginem plebeiam adamavit, quam cum Appius non posset pretio ac spe pellicere, cuidam (= “a un”, dat. di *quidam*) clienti suo negotio dedit, ut eam in servitutem deposceret : putabat facile se victurum esse, cum ipse esset et accusator et iudex. L.Virginus puellae pater tunc aberat militiae causa. Cliens igitur virgini venienti in forum iniecit manum , affirmans suam esse servam : imperat ut ea se **sequatur** ; nisi faciat, clamat se virginem vi abstracturum esse. Pavidam puella stupente, ad clamorem nutricis multi concurrunt. Cum ille puellam non posset abducere, eam vocat in ius, ipso Appio iudice. Interea missi sunt nuntii ad Virginium. Is prima luce Romam advenit, cum iam civitas in foro expectatione erecta staret. Virginus statim in forum lacrimabundus et civium opem implorans filiam suam deducit. Appius obstinatum animum gerens in tribunal ascendit, et Virginiam clienti suo addixit. Tum pater, ubi nullum effugium filiae esse comprehendit : “**Quaeso** - inquit - Appi, **ignosce** patrio dolori, **sine** me filiam ultimo complexu tenere”. Data venia, pater filiam in secretum abducit. Ab Ianio cultum arripit, et pectus puellae transfigit. Tum ferro sibi viam facit et respersus cruore ad exercitum profugit. Concitatus exercitus montem Aventinum occupavit , decem tribunos militum creavit ; decemviros magistratu se abdicare coegit, eosque omnes aut morte aut exilio multavit ; ipse Appius Claudius in carcere necatus est.

ignoscere (=“perdonare”) regge il dativo

sine è una forma del verbo *sinere*

Perché venne eletto il primo console plebeo

(intensivi, pronomi personali, riflessivi, determinativi, relativi ; subordinate infinitive, relative, complete, cum temporale e narrativo)

Nel 366 a.C. vennero promulgate le leggi Licinie-Sestie, una delle quali diceva che uno dei due consoli doveva essere un plebeo. La tradizione spiega l'introduzione della legge come un affare di famiglia, dovuto alla rivalità fra due sorelle, sposate l'una a un patrizio, l'altra a un plebeo.

Fabius Ambustus ex duabus filiabus maiorem Aulo Sulpicio patricio, minorem Licinio Stoloni plebeio coniugem dedit. Aulus Sulpicius tribunus militum consulari potestate erat. Cum in eius domo sorores Fabiae inter se tempus sermonibus tererent, forte incidit ut Sulpicius de foro domum se reciperet, et eius lictor forem, ut mos est, virga percuteret ; minor Fabia, moris eius insueta, id expavit : quod risui sorori fuit, obstupescenti id sororem ignorare. Cum pater eam confusam vidisset, Fabio interroganti filia minor indicavit eam esse causam doloris, quod viro plebeio *iuncta esset*. Tum Ambustus filiae bonum animum habere iussit et promisit hanc domi propediem visuram esse eosdem honores quos apud sororem *videret*. Inde Fabius consilia inire coepit (= cominciò a fare piani) cum Stolone genero, qui, ubi tribunus plebis fuit, legem tulit ut alter consul ex plebe crearetur. Lex, resistantibus patribus, lata tamen est, et primus Licinius Stolo consul a plebe electus est.

Legem ferre = proporre una legge

Il valore di Decio Mure

(aggettivi possessivi, pronomi riflessivi, determinativi, relativi ; infinitive, complete, relative improprie, ablativo assoluto)

Durante la guerra contro i Latini il console Decio Mure per dare la vittoria al suo esercito offre la sua vita, "se devovet", agli dei Mani.

P .Decius sub Valerio consule tribunus militum fuit. Cum exercitus Romanus in angustiis clausus esset, Decius conspexit editum collem imminentem hostium castris. Accepto praesidio, verticem occupavit, hostes terruit, et spatium consuli dedit quo in aequiorem locum agmen subduceret. Ipse intempesta nocte per medias hostium custodias somno oppressas incolumis evasit. Quare exercitus Decio donavit coronam civicam, quae donabatur ei qui obsidione cives liberavisset. Consul fuit bello Latino cum Manlio Torquato. Tunc cum utrique consuli somnio obvenisset eum populum victorem fore, cuius dux in proelio cecidisset, *convenit* inter eos, *ut* is cuius cornu in acie laboraret, *diis Manibus se devoveret* : inclinante sua parte Decius se et hostes diis Manibus devovit. Armatus in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit. Corruit obrutus telis, et victoriam suis reliquit.

convenit... ut... = "ci si accordò... perché...". L'impersonale *convenit* regge una completiva

Papirio Cursor

(composti di *sum* ; intensivi ; pronomi personali, riflessivi, determinativi, relativi ; infinitive, relative, finali, *cum* narrativo ; periodo ipotetico di III tipo ; ablativo assoluto)

Papirio, detto "Cursor" per la sua velocità nella corsa, fu tanto severo da condannare a morte il suo luogotenente perché aveva disobbedito ai suoi ordini. Papirio era però anche dotato - a modo suo - di senso dell'umorismo.

Lucius Papirius, cum dictatorem se adversis omnibus contra Samnites discessisse sensisset, ut auspicia repeteret Romam revertit, ac prius Q.Fabio magistro equitum edixit ut sese loco teneret, neu absente se manum cum hoste consereret. Fabius post dictatoris profectionem, opportunitate ductus, acie cum Samnitibus confligit. Neque melius res geri potuisset, si adfuisset dictator. Non exercitus duci, non dux militibus defuit. Viginti milia hostium eo die caesa esse fama est. Haud multo post dictator advenit plenus minarum iraeque. Statim, advocata contione, spoliari magistrum equitum, virgasque ac secures expediri iussit. Tum Fabius militum fidem implorare coepit (= *incominciò*). Clamor in tota contione ortus est (= *nacque*) ; ubique preces minis permixtae audiebantur. Itaque res in posterum diem *dilata est*. Magister equitum noctu clam ex castris Romam profugit : post quem dictator ipse ad Urbem pervenit. Vocato senatu iterata contentio est ; prehendi Fabium Papirius iussit. Tum Fabii pater *ad populum provocavit*. Populus Romanus ad preces et obtestationem versus, oravit dictatorem ut veniam adulescentiae Fabii daret. Ipse adulescens eiusque pater procubuerunt ad genua dictatoris, veniamque petierunt. Denique precibus cessit Papirius.

Is fuit vir non animi solum vigore, sed etiam corporis viribus excellens. Praecipua pedum pernecitas inerat, quae cognomen etiam dedit. Idem comis et iocorum studiosus. Quondam inambulans ante tabernaculum, praetorem Praenestinum, qui ob timorem segnius suos in proelium duxerat, vocari iussit, et postquam eum graviter increpuit. "Lictor, expedi - inquit - secures" ; et cum praetorem vidisset metu mortis attonitum : "Agedum (= *su, orsù*), lictor,- inquit - excinde radicem hanc *incommodam* ambulantis". Deinde praetorem multa dicta dimisit.

dilata v. *differo*. Per il significato cfr. It. "differire", "dilazionare"
incommodus, a, um ("molesto, sgradevole") regge il dativo

***Provocare ad populum* = "appellarsi al popolo"**

Secondo la tradizione, già nel 446 a.C. con una legge proposta dai consoli Valerio e Orazio veniva riconosciuto a ogni cittadino romano il diritto di ricorrere all'assemblea popolare contro le sentenze capitali : chi era condannato a morte da un magistrato poteva

Tracotanza di Appio Claudio e della sorella Claudia

(pronomi riflessivi, dimostrativi, determinativi, relativi. finale, *cum* narrativo. Infinitiva)

Il console Appio Claudio durante la I guerra punica, irato perché i polli sacri, forse soffrendo il mal di mare, non volevano mangiare, ordinò di gettarli fuori bordo. Seguì una tragica sconfitta, che la tradizione imputa non alla superstizione dei soldati ma alla superbia e all'empietà di Appio Claudio. Altrettanto sprezzante si mostrò la sorella.

Appius Claudius vir stultae temeraritatis consul adversus Poenos missus est. Aliorum ducum consilia palam reprehendebat , et iactitabat se eo die quo hostem vidisset bellum perfecturum esse. Antequam navale proelium committeret, auspicia habuit : cumque pullarius ei nuntiavisset pullos non exire e cavea neque cibum arripere, irridens iussit eos in aquam mergi, ut saltem biberent, quoniam edere nollent (= *non volevano*, *III pl. cong. Imperf. da nolo*). Quo facto militum animos vana religio incessit : commisso deinde proelio magna clades a Romanis accepta est ; quorum multi caesi sunt, multi capti. Quare Claudius a populo condemnatus est : ea res calamitati fuit etiam Claudiae, consulis sorori ; nam cum illa a ludis publicis revertens turba premeretur, dixit : "*Utinam* frater meus viveret, et classem iterum duceret !" , significans se optare ut nimis magna civium frequentia minueretur. Ob istam vocem impiam Claudia quoque damnata est.

Caio Lutazio

(pronomi riflessivi, dimostrativi, determinativi, relativi ; infinitive, relative, completive ; participio)

Nel 241 Caio Lutazio vincendo i Cartaginesi in una grande battaglia navale presso le isole Egadi pose fine alla I guerra punica.

C. Lutatius consul finem primo bello Punico imposuit. Ei in Siciliam advenienti nuntiatum est maximam classem Poenorum ex Africa venire: erant autem quadringentae naves onustae commeatu quem portabant ad exercitum, cui in Sicilia praeerat Hamilcar Carthaginiensis. Dux classis erat Hanno, nobilis Poenus, cui animus erat naves onere levare, easque deinde acceptis ab Hamilcare delectis viris complere. At Lutatius statuit se praevertere Hannonis adventum et cum classe gravi oneribusque impedita conflare: tum adversus eum ad Aegates insulas cursum intendit, nec longa fuit victoriae mora; nam omnes Carthaginiensium naves *brevi* aut captae aut depressae sunt. Ingens fuit praeda. Poeni victi pacem postulaverunt, quae eis hac condicione concessa est, ut omnibus insulis quae sunt inter Italiam et Africam decederent, et certum populo Romano vectigal per viginti (= *venti, indeclinabile*) annos penderent.

brevi = *brevi tempore* : si pensi all'italiano "in breve"

Quinto Fabio Massimo contro Annibale

(pronomi personali, riflessivi, dimostrativi, determinativi, relativi e avverbi derivati ; nesso relativo ; infinitive, finali, *cum* narrativo, supino, ablativo assoluto ; doppio dativo)

Dopo la sconfitta subita al Trasimeno, I Romani elessero dittatore il vecchio Fabio Massimo. Questi scelse di non affrontare I Cartaginesi in campo aperto ma di fiaccarne le forze con agguati continui. Fu chiamato spregiativamente "cunctator", "Temporeggiatore". Quando Fabio uscì di carica vennero eletti I consoli che portarono I Romani alla catastrofe di Canne.

Adversus Hannibalem victorem missus Quintus Fabius dictator, Hannibalis impetum mora fregit ; namque pristinis edoctus cladibus belli rationem mutavit. Per loca alta exercitum ducebat, neque ullo loco fortunae se committebat. Hannibali, cum Poenus castra frumentatum relinqueret, opportunus aderat agmen carpens, palantes (= "sbandati", *acc.pl.*) excipiens. Ita ex levibus proeliis superior discessit. His artibus Hannibalem Fabius in agro Falerno incluserat ; sed ille callidus sine ullo detrimento se expedivit. Nempe arida sarmenta boum cornibus alligavit, eaque principio noctis incendit : metus flammae relucens ex capite boves velut stimulatos furore agebat. Hi ergo accensis cornibus per montes, per silvas, huc illuc discurrerant. Romani, qui ad spectaculum concurrerant, miraculo attoniti constiterunt : ipse Fabius, insidias timens, milites extra vallum egredi vetuit. Interea Hannibal ex angustiis evasit. Dein Hannibal, ut Fabio apud suos crearet invidiam, agrum eius, omnibus circa vastatis, intactum reliquit ; at Fabius omnem ab se suspicionem propulsavit : nam eundem agrum vendidit, eiusque pretio captivos Romanos redemit.

Haud grata tamen erat Romanis Fabii cunctatio ; eumque pro cauto timidum, pro considerato segnem vocitabant. Augebat invidiam Minucius magister equitum dictatorem accusans : (dicebat) illum tempus terere, *quo* diutius in magistratu esset, solusque et Romae et in exercitu imperium haberet. His sermonibus accensa plebs dictatori magistrum equitum imperio aequavit. Quam iniuriam aequo animo tulit Fabius, exercitumque suum cum Minucio divisit. Cum postea Minucius temere proelium commisisset, ei *periclitanti* auxilio venit Fabius. Cuius subito adventu compressus Hannibal receptui cecinit , palam affirmans ab se Minucium, a Fabio se victum esse. Eum quoque dixisse tradunt : "Nubes ista quae sedere in iugis montium solebat, tandem cum procella imbrem dedit." Minucius periculo liberatus Fabium, cui salutem debebat, patrem appellavit, eique deinceps parere non abnuit.

quo introduce la finale in cui sia presente un aggettivo o avverbio al comparativo

periclitanti è participio presente del deponente *periclitor*

Emilio Paolo e Terenzio Varrone, i consoli sconfitti a Canne

(intensivi ; pronomi personali, riflessivi, dimostrativi, determinativi, relativi ; relativo iniziale ; infinitive, subordinate al congiuntivo, ablativo assoluto ; periodo ipotetico di III tipo)

Emilio Paolo morì eroicamente sul campo di battaglia, Terenzio Varrone (al quale la tradizione di parte patrizia attribuisce la maggior responsabilità della sconfitta) si salvò, e non venne punito perché nei momenti di crisi è importante mantenere l'unità .

Hannibal in Apuliam pervenerat. Adversus eum Roma venerunt consules Paulus Aemilius et Terentius Varro. Paulo sollers Fabii cunctatio magis placebat, Varro autem ferox et temerarius acriora consilia volebat. Ambo (= *ambedue, nom.*) consules apud vicum, qui "Cannae" appellabatur, castra posuerunt. Ibi Varroni, cum levia proelia vicisset, temeritatem fortuna aluerat : itaque invito collega aciem instruxit et signum pugnae dedit. Victus caesusque est Romanus exercitus. Nusquam graviore vulnere afflicta est respublica. Paulus Aemilius telis obrutus cecidit : quem cum media in pugna oppletum cruore conspexisset *quidam* tribunus militum : "Cave, - inquit - hunc equum et fuge, Aemili !" "Quin tu potius - respondit Paulus - abi (= *va' via di qui*) , *nuntia* patribus *ut* urbem muniant, ac priusquam hostis victor adveniat, praesidiis firment : tu patere (*lascia, imperativo*) me in hac militum meorum strage expirare." Varro consul cum paucis equitibus fugit. Numquam tantum pavoris Romae fuit quantum ubi acceptae cladis nuntius advenit. Tamen nulla pacis mentio facta est ; immo Varroni, calamitatis auctori, concursus est, et ei gratiae ab omnibus ordinibus actae sunt, quod de republica non desperavisset , Varro si Carthaginiensium dux fuisset, temeritatis poenas omni supplicio dedisset. Dum Hannibal Capuae segniter et otiose ageret, Romani interim respirare coeperunt. Arma non erant : detracta sunt templis et porticibus vetera hostium spolia. Egebat aerarium : opes suas senatus libens in medium protulit, patrumque exemplo idem fecerunt equites. Deerant milites : nomina dederunt adulescentuli adhuc *praetextati*. Empti sunt publice et armati servi. Id magis placuit quam captivos, licet (= *sia pure, per quanto*) minore pretio, redimere.

Quinto Fabio Massimo e il figlio

(possessivi, dimostrativi, determinativi, relativi ; relativo iniziale ; infinitive, complete, relative ; ablativo assoluto)

Il vecchio Fabio si complimenta con il proprio figlio che, in quanto console, gli ordina di scendere da cavallo dinnanzi a lui.

Quintus Fabius iam senex filio suo consuli legatus fuit ; cumque in eius castra veniret, filius obviam patri procedit ; duodecim (= *dodici*) lictores pro more consulem antecedeabant. Equo vehebatur senex, nec appropinquante consule descendit. Iam ex lictoribus undecim (= *undici*) verecundia paternae maiestatis taciti praeterierant. Quod cum consul animadvertisset, proximum lictorem iussit inclamare Fabio patri ut ex equo descenderet. Pater tum desiliens. "Non ego, fili, - inquit - tuum imperium contempsisti, sed experiri volui (= *ho voluto provare*) an (= *se : introduce un'interrogativa indiretta*) scires consulem agere." Ad summam senectutem vixit Fabius Maximus, dignus tanto cognomine. Cautior quam promptior habitus est, sed insita eius ingenio prudentia bello, quod tum gerebatur, aptissima erat.